Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35889
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

niti. Et licet hoc contra prologum huius libri
in quo de fundatoribus et benefactoribus Zwet
lensis monasterii rubricam posuimus facere
videamur, tamen quia propter violencias quorundam
nobilium cenobium nostrum temporibus guer
rarum multas possessiones noscitur perdidis
se, eorum conscientias qui eas male detinent
saltem in hoc opusculo litteris et annota
tionibus instigamus. Quidam enim de ge
nere mediocrum nobilium, videlicet de genere
clientele vel de simplici milicia sunt
exorti, qui in possessionibus nostris castel
la vel munitiones nobis invitis in nostris
prediis erexerunt et per hoc nostras possessiones
devastaverunt et eas sibi per violentiam
attraxerunt, sicut quidam ad modum nobi
les de Sitzendorf iuxta Egenburch, quidam
de Marcharstorf iuxta Altenburch, qui
dam de Zvencta iuxta montem qui Molt
perch dicitur, qui secundum generationes suas
diversa nomina sortiuntur. Unde hic ne
cessarium iudicamus ut descriptionem seni
orum huius domus quam ipsi de villa predic
ta Marcharstorf reliquerunt huic opus
culo inseramus. De hac enim villa sic
in antiquioribus libris ~~huius~~ invenimus exa
ratum.

Notum sit omnibus tam presentibus quam
futuris in hac terra Christi fidelibus
illustrem virum Albertum comitem de Stain
ad sanctum Egidium proficiscentem domino Christo eius
que genitrici Marie pro redemptione anime
sue ad usum fratrum de Zwetle villam
Marquardestorf cum omnibus appendiciis
suis, id est rure, molendino, nemore, pra
to, potenti manu perpetuo possidendam
libere contulisse. Hac sane condicione ad
iecta ut si sospes reverteretur quamdiu vo
luit usu fructuario uteretur. Post mor
tem autem eius fratres de Zwetel predictam vil
lam Marcharstorf libere possiderent. Cuius
rei testes sunt Wipoto de Choppoldestorf,
Swerthart, Hartlieb de Horn, Gerloch,
Haunreich de Berbach, Herbord de Chrug,
Arnoldus Pochsfuez, Otto Aureus de Ber
gen, Pilgrimus de Sultz, Ulricus de Vischa.
Actum anno domini M° C° LXVIIII°, Alexan
dro papa ecclesiam regente, Friderico regnante.

De Sitzendorf

autem sciendum quod ab antiquo in ea
dem villa habuimus unam mageriam cum aliis
redditibus et iure montano et decima vini
in eo monte qui adhuc Zwetelerperch no
minatur. Curia in mageria in eadem villa
adhuc Zwetelerhof nuncupatur. Est enim
traditio seniorum in hac domo pene decre
pitorum quod quidam de progenie fundatorum
nostrorum nomine H... quadam vice
in Bawarie partibus exiliatus fuit et ducem
Austrie Fridericum fugiens in quodam mo
nasterio nomine Pawmburch ordinis sancti
Augustini iuxta Saltzburgensem episcopatum si
to anxius pernoctabat. Dum autem fratres eum
benigne et humaniter pertractarent, eis
ecclesiam in Sitzendorf tali quidem condicione
tradidit possidendam ut si a duce Au
strie permitteretur, eam perpetuo posside
rent. Que traditio usque hodie perseve
rat. Post mortem autem Friderici primi
ducis Austrie nobiles huius terre pene
totam Austriam rapinis et incendiis deva
stabant. Inter quos quidam ad modum nobi
lis nomine Otto Avus eorum qui nunc de
Sitzendorf nuncupantur possessiones mona
sterii nostri quas a dominis de Chunring
diu habuimus devastabat et mageriam
una cum vineis in solitudinem redigebat.
Et dominis de Chunring, quibus cliens et siues
adherebat, et sibi quicquid in Sitzendorf habui
mus attrahebat. Cum autem quadam vice
mortem imminere sentiret, de hac offensa
claustri nostri conscientiam habuit et monasterio nos
tro quoddam testamentum fecit, quod utrum so
lutum fuit ignoratur. Filii autem eius et ne
potes possessiones nostras violenter
attraxerunt et a suo patre et avo eas emptas